

de hac altaris participatione ✠
filij tui corpus ✠ et sanguis ✠
in unum quod bene ✠ dicitur celesti
in unum id eundem deum
in ✠ unum deum omnium famulorum
in unum deum omnium nos precesserit
in unum deum in sapientia pacis
in unum deum et omnibus in christo quod melius
in unum deum in unum ac pacis in unum
in unum deum in unum deum
in unum deum in unum deum in unum deum
in unum deum in unum deum in unum deum
in unum deum in unum deum in unum deum
in unum deum in unum deum in unum deum
in unum deum in unum deum in unum deum
in unum deum in unum deum in unum deum
in unum deum in unum deum in unum deum

60 P. Bd.

V₉

+



TESTIMONI-
 VM RECTORIS A-
 CADEMIÆ VVITEBER-
 gensis Magnifici & Generosi Domini
 LADISLAI BARONIS à Shleinitz, de
 vita & eruditione Reuerendi & Claris-
 simi viri, pietate, doctrina, virtute & au-
 toritate præstantis Domini CHRIRTO-
 PHORI FRET, artium & Philosophiæ
 Magistri, & hoc tempore illustrium
 Styriæ procerum, sinceri Eu-
 angelij concionatoris.



VVITEBERGÆ
 Excudebant Heredes Iohannis Cratonis,
 ANNO M. D. LXXX.



TESTIMONIUM.

Testimonia de DEO multa & illustria vniuersæ naturæ rerum impressa sunt, quæ optimus conditor vult aspici, vt agnoscamus eum. Ad didit autem & singulares patefactiones confirmatas manifestis miraculis, & legem & promissiones suas edidit, & misit Filium, qui verè colligit æternam Ecclesiam, cui Deus in omni æternitate communicare vult suam sapientiam, iustitiam & lætitiã. Colligit autem Ecclesiam voce Euangelij, & non aliter. Cumq; literis mandari suas patefactiones, Legem & Euangelium voverit, ac seuerissimè præcipiat, vt hæc scripta legant homines, & cognoscant, & sic de ipso sentiant, sic eum inuocent, sicut ibi se patefecit, & vitam iuxta hanc normam regant: necesse est in genere humano esse studia doctrinarum, linguarum & artium. Manifestum est enim fontes scriptorum Prophetarum & Apostolicorum, nec legi nec explicari posse alijs, nisi genere sermonis intellecto, & adhibitis adminiculis plurimarum artium. Quare vt maximè aliæ gentes impiæ, quæ libros Prophetarum & Apostolorum furenter aspernantur & reijciunt, carere literis vellent: tamen Ecclesia Dei negligere eas non potest, quia sine literis

& sine eruditione, nec retineri nec propagari potest doctrina diuinitus tradita. Sunt autem literæ simul & in hac communi hominum societate non tantum ornamenta, sed etiam præsidia necessaria huius vitæ, communia omnibus gentibus. Tanta est enim vis liberalis eruditionis, vt veluti absque Magnetis vsu nulla sibi rectè constare potest nauigandi ratio : Ita & fluctuari Respub. & omnia ciuilia negotia periclitari necesse sit, nisi literarum & artium cognitio lumen inferat, ordinem præscribat, fines deniq; rectè constituat actionibus hominum. Laudanda est igitur voluntas omnium qui & propter utilitatem Ecclesiæ ac Reipubl. & propter salutem animarum suarum studijs literarum seriò incumbunt, eaq; non tantum primis labris degustare, sed veros doctrinarum fontes cognoscere, & inchoatū semel studiorum cursum constanter vrgere ac persequi cupiunt. Tali voluntate scimus præditum esse hunc optimum & doctissimum Virum M. CHRISTOPHORVM FREY, natum in oppido Passau, quod ad confluentem Oeni & Danubij situm est. Vixit in nostra Academia annos ferè quinq;, ac propter pietatem, eruditionem ac integritatem non modo familiaris & notus, sed etiam charus fuit hæcenus præcipuis huius Academiae professoribus. Quicum & industriam in eo singularem, & eximiam
linguæ

linguae Graecae peritiam in ipso esse animaduerte-
rent, hortatores ei fuerunt, tum vt scholam priua-
tam domi suae institueret, in qua discipulorum stu-
dia priuatis laboribus iuuaret & excitaret: tum
vt publico etiam in loco studiosis Graecae linguae
operam officij sui in enarratione quorundam ve-
terum Graecorum scriptorum praestaret. Quod
quidem fecit haecenus magna cum laude sua, &
eximio cum fructu discipulorum. Nam & erudi-
tum Poëma Apollonij, quo Historia Argonauta-
rum describitur, & aliquot Homeri libros sum-
ma fide & dexteritate in publicis praelectionibus e-
narrando proposuit. Et vt suo exemplo ad
optimorum authorum imitationem auditores su-
os inuitaret atque adduceret: subinde elegan-
tissimorum carminum, quae Graecè scripsit, editi-
one scholam nostram ornauit, quae & extant publi-
cè & leguntur cum magna approbatione homi-
num doctorum, quicumque vel mediocriter de
studijs linguae Graecae iudicare possunt. Cum
igitur nostri etiam iudicij de ipsius studijs & vita
apud nos honestè acta testimonium peteret: li-
benter ac summa cum voluntate ei gratificandum
esse duximus, partim vt nostrae erga ipsum bene-
uolentiae qualemcunque testificationem osten-
deremus: partim vt alijs etiam Viris bonis &
doctis eum commendaremus. Contulit ei Aca-
demi-

demia nostra Anno M. D. LXXI. gradum
& titulum Magisterij, ac inter quinquaginta tres
competitores Viros doctos & honestos, primum
ei locum tribuit, propterea quod accuratè & dili-
genter auditus & exploratus in priuatis & publicis
examinibus specimen edidit præclarum variæ e-
ruditionis, elegantis iudicij, morumq; suauitatis &
probitatis. Ab eo vero tempore, præterquam
quod in linguarum & artium studijs opera & in-
dustria sua alijs quoque feliciter profuit, imprimis
autem eum sacræ Theologiæ studio deditum fu-
isse cognouimus. In quo quidem ita hætenus
versatus est, vt diligenter euoluerit Prophetica &
Apostolica scripta, & vniuersæ Ecclesiæ antiquitate
inquisita, vera iudicia de grauissimis controuersijs
considerauerit, ac de omnibus fidei articulis am-
plectatur consensum Catholicæ Ecclesiæ DEI, tra-
ditum in scri- ptis Biblicis, & comprehensum in
Symbolis Apostolico, Niceno & Athanasio, & re-
petitum in confessione Augustana, oblata Carolo
V. Imperatori, cuius summa fideliter etiam repe-
tita est in confessione Saxonicarum Ecclesiarum,
scripta à PHILIPPO MELANTHONE, vt Syno-
do Tridentinæ exhiberetur. Cum autem dein-
ceps quoque totum sese studio Theologiæ tradere
& quasi consecrare constituerit, & aliquando Ec-
clesiæ Filij DEI, docendo alios inseruire cupiat:
dignissi-

dignissimum eum esse omnium piorum fauore & patrociniò verè iudicamus. Nec vero dubitamus, quin verecunda grauitate & cæteris ingenij dotibus facile sibi bonorum beneuolentiam conciliaturus sit, cum virtus per se sit amabilis, & verissimè à Comico Poëta dictum sit: Sat fautorum habet semper, penes quem virtus est. Sed si quid tamen apud alios valere potest, nostra etiam de hoc eruditissimo & integerrimo viro testificatio, nos etiam magnoperè eum commendamus omnium ordinum viris bonis & doctis vbicunque locorum, eosq; quo par est studio vehementer rogamus, vt hunc præclarè doctum, & pietatis ac virtutis laude ornatissimum virum, benignè & amanter complectantur, ornent, promoueant, & quibus possunt officijs beneficentiæ & humanitatis prosequantur. Nam quæ in ipsum conferentur beneficia, ea non solum ipsius doctrinæ & virtuti, sed Filio DEI, sed Ecclesiæ, sed Reipublicæ etiam debentur. Non enim profectò tam sinistra opus est dextra, quàm Ecclesiæ Filij DEI opus est talibus ingenijs, quale DEI concessu & munere huic M. CHRISTOPHORO contigit. Filium DEI oramus, vt vicissim benefaciat singulis & vniuersis, qui Ecclesiæ causa, doctorum ac piorum virorum studia benigne fouent. Benè & feliciter Valete. Ne quis autem de fide harum literarum dubitet,

ter, obfirmavit eas sigillo Academiae nostrae
perscriptas V Viteb. Idib. Feb. Anno CHRIS-
TI M. D. LXXX.



153456

ULB Halle 3
002 677 407



VD 77



omnibus. Sanctus sanctus

Qommunicantes et noctem ut dicitur
sacratissimam celebrantes. qua bea-
te intemerata virginitas. huius mundi
salvatore. Sed et memoriam venerante-
mus eiusdem gloriose semp vir-
ginis eiusdem dei et domini nostri ihesu christi. Sed et
torum apostolorum tuorum

Qommunicantes. et diem sacratissimum celebra-
tes. quo unigenitus tuus in tua terra gloria. gen-
itus in veritate carnis nostre visibiliter carnaliter
apparuit. Sed et memoriam

Qommunicantes et diem sacratissimum celebra-
tes. quo dominus noster ihesu christe pro nobis est
Sed et memoriam. Hanc igitur oblationem



B.I.G.

Farbkarte #13

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

2.

TESTIMONI-
 VM RECTORIS A-
 CADEMIÆ VVITEBER-
 gensis Magnifici & Generosi Domini
 LADISLAI BARONIS à Shleinitz, de
 vita & eruditione Reuerendi & Claris-
 simi viri, pietate, doctrina, virtute & au-
 toritate prestantis Domini CHRIRTO-
 PHORI FRET, artium & Philosophiæ
 Magistri, & hoc tempore illustrium
 Styriæ procerum, sinceri Eu-
 angelij concionatoris.



VVITEBERGÆ

Excudebant Heredes Iohannis Cratonis,

ANNO M. D. LXXX.

